



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

V. Die Ivlii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## V. DIE IULII.

P. P E T R V S  
CARLERIVS.Belga 5. Iulij  
nonas  
Iulij mon-  
tibus 1606.  
Soc. 55.

**A**Cer in laboribus vir, & gratus omnibus natiuâ suauitate, ac humilitate, etiam cum per plures annos præfesset. Nouitio Coadiutori æger ad vnguem dicto audiens fuit. Legum nostrarum obseruantia in illo tenera & attenta, vt nequid maculæ in vllam admitteret. Vnde in ægritudine postrema petiit, impetrauitque legum nostrarum breuiarium seu Epiomen sibi dari; vt ad illud speculum suos mores componeret, seque illo oblectaret, labeculas, si quæ adhæsisent abstergeret, atque acriorem obseruantiam erga illas, & reuerentiam animo destinaret.

Regula.

cierate. E magistro & Philosopho coadiutor vt fieret, impetrauit. De Christi doloribus, & de diuina eius Matre loquentes, libentissimè (nec ferè vnquam sine lachrymis) audiebat. Pro præparatione ad mortem cingebat se serreo cilicio; quotidianâ, eâque geminâ, verberatione; vnâ, eâque præparcâ potius quàm frugali, comestione contentus. Oratione præmissâ dicitur futura prædixisse, secuto euentu. Moriturus, vltimis conuersus viribus è lecto se collegit humi in genua: erexit brachia orantis gestu, ac instar S. Pauli primi Eremitæ morientis expandit; orauit; & felix anima mentem in Deum eleuatam etiam ipsa felici migratione secuta, cadauer in illo situ flectentis, & elatis apertisque (quasi ad æternitatis amplexum) brachiis orantis reliquit.

Humil.  
Mors.

Motif.

Oratio.

Mors.

Orans.  
Moritur.P E T R V S  
CARILLVS COAD.Hispanus  
Oropelæ.  
5. Iulij 1615.  
ætat. 70.  
Soc. 37.

**D**E hoc ita scripsi in pretiosis occupationibus morientium in So-

## VI. DIE IULII.

A N T O N I V S  
ZANNETTI COAD.6. Iulij  
Italus Ro-  
mæ 1583.

**H**vmili loco natus. cum improbos æqualium mores domi ferre non posset, aiebat se locum quaesitum in quo nullæ in Deum

blasphemix iactarentur: quod nobilis quidam vir ex illo cum audisset, illum direxit ad collegium Florentinum; vbi Rectori narrauit id quod erat, & receptus est. Vixit in Societate innocentia suâ, & laboribus omnibus charus; ac lentâ febris contabuit.

Vocatio.

Zelus.

BB 3

P. ACHIL-